



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vom Lobe des alten Sachsens, nun Westfalen genannt**

**Rolevinck, Werner**

**Köln, 1865**

Capitulum 8. De solemnī institutione episcopatum utriusque Saxoniae. /  
Capitel 8. Feierliche Stiftung von Bisthümern in beiden Sachsen.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9126**

## Capitulum VIII.

### De solenni institutione episcopatum utriusque Saxoniae.

Purgata dehinc provincia iam toto mentis annisu Karolus insudabat, ut semen fidei, quod longo tempore in ea satum fuerat et fructum nondum fecerat propter petrosa corda et spinas et vias sive consueta et nimis trita sacrilegia idolatriae, deinceps fecundum fieret et fructum multum afferret in patientia. Hoc itaque ut efficacius fieret, anno domini DCCLXXXVI totam Saxoniam subiecit clero et per dioeceses distinxit ac viros sanctos in pontifices sublimavit, qui verbo et exemplo et miraculorum ac signorum frequenti exhibitione populum adhuc rudem instituerent. Sunt autem decem episcopatus instituti per piissimum regem Karolum, qui in omnibus divinum honorem quaesivit et animarum salutem, propter quod merito apostolicus vir dicendus est, qui post aurum non abiit nec pompam dominiorum aut fastum gloriae temporalis magnipendit. Ordinem foundationis non aequaliter inveni, ut creditur propter insultus hostiles. Et si ante hunc annum aliquos fundavit, tamen consummare non potuit, aut si quos perfecerat, statim ab adversariis deiciebantur, nec aliqua perseverans pax in terra fuit, ut christiano more possent divina celebrari et iurisdictio ecclesiastica administrari cum religione debita et consueta.

Sedes proinde prima pontificalis a Karolo fundata assignatur ecclesia Osnaburgensis, sita intra montem orientalem illius terrae, vulgariter dictum Oyslinck, in valle amoena montibus circumsepta, super Hasam fluvium. Hanc ecclesiam dilexit specialiter et excellenter libertavit, reliquiis et clenodiis decoravit, scholas graecas et latinas ibi perpetuo tenendas ordinavit et venerabilem dominum Wihonem primum episcopum ei praefecit, et quia sanctum Petrum



## 8. Kapitel.

### Feierliche Stiftung von Bisthümern in beiden Sachsen.

Als nun die ganze Provinz gereinigt war, arbeitete Karl mit aller Kraft dahin, daß die Saat des Glaubens, die schon so lange gestreut worden war und wegen der steinernen Herzen und der Dornen und Wege, d. h. wegen des hergebrachten und tief eingewurzelten Frevels des Götzendienstes, noch keine Frucht getragen hatte, endlich aufginge und reichliche Früchte brächte in der Geduld. Damit dies desto wirksamer geschähe, unterwarf er im Jahre 786 ganz Sachsenland dem Clerus, theilte es in Bisthümer und setzte heilige Männer zu Bischöfen ein, um durch Wort und Beispiel und durch allerlei Zeichen und Wunder das noch rohe Volk zu unterrichten. Es wurden aber von dem frommsinnigen Könige Karl zehn Bisthümer angeordnet, da er in Allem die Ehre Gottes und das Heil der Seele suchte, weshalb er mit Recht ein apostolischer Mann zu nennen ist, der nicht dem Golde nachging, noch des Herrscherpommes oder der Pracht irdischer Hoheit achtete. Die Reihenfolge der Stiftung finde ich verschieden angegeben, was von feindlichen Ueberfällen herrühren mag. Mag er auch vor diesem Jahre einige begonnen haben, so konnte er sie doch nicht zu Ende führen, oder wenn er auch eins oder das andere zu Stande gebracht hatte, so wurde es doch gleich wieder von den Feinden vernichtet, da nirgends im Lande dauernder Friede war, so daß nach christlicher Weise Gottesdienst hätte gefeiert und kirchliche Zucht in gebührender üblicher Form gehandhabt werden können.

Als erste von Karl gegründete Bischofskirche wird Osnabrück bezeichnet, zwischen dem östlichen Gebirge jenes Landes, insgemein der Osnung genannt, in einem von Bergen umgebenen Thale, am Hasefluß gelegen. Diese Kirche war ihm besonders lieb, und er begabte sie mit trefflichen Freiheiten, schmückte sie mit Reliquien und Kleinodien, ordnete dort für immer griechische und lateinische Schulen an und setzte den ehrwürdigen Herrn Wiho als ersten Bischof ein, und weil er den



apostolum speciali devotione coluit, eundem patronum ibidem esse voluit anno domini DCCLXXII. Wedekynus etiam post suam conversionem eandem ecclesiam velut matricem non parum promovit et glorificavit.

Secunda est Halberstadensis, fundata in honore sancti Stephani protomartyris, quae antea erat in loco dicto Oesterwyk, ubi praefecit sanctum Hildegrium, fratrem sancti Ludgeri, primum episcopum anno DCCLXXXI et post annos translata est in Halverstat.

Tertia est Mindensis, fundata in honore sancti Petri apostoli in loco apto et delicioso, super Weseram fluvium, in castro Wedekyni. Et reposuit ibi corpora sanctorum Feliciani episcopi Fulgiensis martyris, Theodorici episcopi et martyris, Carpori Habundi martyrum, Sophiae viduae, et praefecit in ea Hercumbertum primum episcopum anno domini DCCLXXX virum sanctum.

Quarta est Bremensis, fundata in honore sancti Petri, in Wijchmodia, in loco Bremen vocato supra Weseram. Hanc quoque egregie insignivit reliquiis et clenodiis, et praefecit ei sanctum Wylhadum episcopum anno DCCLXXXI, primum gloriosum evangelistam, qui cum sancto Bonifacio de Anglia venerat.

Quinta est Padebornensis, fundata in honore beatae virginis Mariae, quam similiter decoravit multis donariis et reliquiis, scilicet sancti Liborii, Panacii, Thuribuli, Grundanisoli et Felicis Aquilegiensis, praefecitque in ea anno DCCLXXXII Baduradum primum episcopum.

Sexta est Verdensis, fundata in honore domini Jesu ac matris eius in loco Fardan dicto super Aleram fluvium, ubi praefecit in primum episcopum virum sanctum Swibertum miraculis gloriosum, discipulum sancti Bonifacii. In hac ecclesia habentur generalia privilegia omnium episcopatum Saxoniae, data Maguntiae a Karolo anno DCCLXXXVI praesentibus ibidem archiepiscopis, electoribus &c.



heiligen Apostel Petrus mit besonderer Andacht ehrte, bestimmte er ihn im Jahre 772 zum Patron derselben. Auch Widukind beförderte und verherrlichte nach seiner Bekehrung diese Kirche als Mutterkirche nicht wenig.

Die zweite ist die von Halberstadt, gegründet zur Ehre des h. Erzmärtyrers Stephanus, erst an einem Orte Namens Osterwick, wo er den h. Hildegim, Bruder St. Ludgers, im Jahre 781 als ersten Bischof einsetzte; aber nach Jahren wurde sie nach Halberstadt verlegt.

Die dritte ist Minden, gegründet zur Ehre des h. Apostels Petrus an einem passenden und köstlichen Orte am Weserstrom, in einer Burg Widukinds. Er ließ die Leiber der hh. Felicianus, Bischofs von Folligno, Theodorichs, Bischofs und Märtyrers, der Märtyrer Carpophorus und Habundus und der Witwe Sophia dahin bringen und setzte im Jahre 780 Hercumbert, einen heiligen Mann, als Bischof an.

Die vierte ist Bremen, gegründet zur Ehre des h. Petrus in Wichmodia, und zwar zu Bremen an der Weser. Auch diese Kirche bedachte er trefflich mit Reliquien und Kleinodien und ordnete im Jahre 781 den h. Willehad als Bischof an, den ersten ruhmvollen Evangeliumsverkünder, der mit dem h. Bonifacius aus England gekommen war.

Die fünfte ist Paderborn, gegründet zu Ehren der h. Jungfrau Maria, die er gleichfalls mit vielen Weihegeschenken und Reliquien zierte, nemlich denen der hh. Liborius, Panacius, Thuribulus, Grundanisolus und Felix von Aquileia, und in ihr setzte er im Jahre 782 als ersten Bischof Badurad ein.

Die sechste ist die von Verden, gegründet zu Ehren des Herrn Jesu Christi und seiner Mutter an einem Orte an der Aller, Fardan genannt, wo er den h. Swibertus, einen durch Wunder berühmten Mann, Schüler des h. Bonifacius, als ersten Bischof anordnete. In dieser Kirche befinden sich die allgemeinen Privilegien aller sächsischen Bisthümer, im Jahre 786 von Karl zu Mainz in Gegenwart der Erzbischöfe, Kurfürsten u. s. w. gegeben.



Septima est Magdeburgensis, fundata in honore sancti Mauritii super Albiam in Parthenopoli, quondam Putena dicta, quae tamen in illo loco non fuit a Karolo fundata, sed in Schydere, sub dominio comitum de Swalenborch nunc de Lippia dictorum, de quo translata fuit ad Valleryleue, deinde ad Vrese, tandem per Ottonem primum anno DCCCCXXX ad Madeburch, cuius favore mirabiliter sublimata in primariam totius Alemanniae fuit, et est usque in praesens. Primus episcopus fuit sanctus Adelbertus, vir per omnia venerandus.

Octava est Monasteriensis, fundata in honore sancti Pauli apostoli in loco quondam dicto Mymyngevorde, cui praefecit primum episcopum sanctum Ludgerum, fama et gloria miraculorum splendidissimum, qui monasterium Werdense in loco silvoso iuxta fluvium Rurae extruxit ibique sepulturam elegit, stupendis signis clarens usque hodie. Quantum haec dioecesis crevit, quamque sit optime dotata, ornata, situata, probis viris ac feminis referta, quam sobrie in vindicandis iniuriis naturaliter temperata, quam inclita in frequentibus triumphis effecta, quam involuntarie bella semper suscepit, quam constanter hostes semper subegit, quam pacifica vicinis, quam terrificam adversariis, non facile dixerim, nec dicere audeo, ne arrogans natalis soli propalator inveniar.

Nona est Hildensemensis, fundata in honore sanctae Mariae virginis. Hanc tamen Karolus in Aulica primum fundaverat anno DCCXCVI, sed morte praeventus non complevit. Filius autem eius Ludovicus transtulit in locum, qui dicebatur Bunnopolis, pretioso miraculo praeeunte, dans ei primum episcopum sanctum Guntharium.

Decima est Hamborgensis, fundata in honore beatae virginis Mariae in Hammonis id est in Jovis castro, cui primum episcopum dedit sanctum virum Geridanum, et hoc mortuo Ludovicus praefecit ei sanctum Anscharium, monachum de Corbeia, qui XVI



Die siebente ist die Magdeburger, gestiftet zur Ehre des h. Mauritius, an der Elbe, zu Parthenopolis, einst Putena geheissen, die jedoch von Karl zuerst nicht an diesem Orte, sondern zu Schieder, im Gebiete der Grafen von Schwalenberg, jetzt von der Lippe, gegründet war, von wo sie nach Fallersleben, dann nach Brese und endlich durch Otto den Großen im Jahre 930 nach Magdeburg verlegt wurde, durch dessen Gunst sie zur ersten ganz Deutschlands wunderbarlich erhöht wurde und es bis jetzt geblieben ist. Der erste Bischof war der h. Adelbert, ein in jeder Hinsicht ehrwürdiger Mann.

Die achte ist die von Münster, gegründet zu Ehren des h. Apostels Paulus; an einem Orte Namens Mimingevorde, wo er als ersten Bischof den h. Ludgerus ansetzte, einen durch Ruf und ruhmwürdige Wunder hervorleuchtenden Mann, der das Kloster Werden an einer bewaldeten Stelle am Ruhrflusse erbaut und zu seinem Begräbniß erwählt hat, durch erstaunliche Zeichen bis auf die Gegenwart verherrlicht, Wie sehr dieses Bisthum gewachsen, wie trefflich es ausgestattet, geschmückt, gelegen, mit wackeren Männern und Frauen gesegnet, wie umsichtig es von Natur in Bestrafung des Unrechtes, wie berühmt es durch häufige Triumphe geworden ist, wie ungern es immer Kriege begonnen, wie mannhaft es stets die Feinde bewältigt hat, wie friedlich gegen seine Nachbarn, wie gefürchtet von Feinden es gewesen ist, kann ich gar nicht sagen, mag es auch nicht, um nicht als anmaßender Lobredner des heimatlichen Bodens erfunden zu werden.

Die neunte ist die Hildesheimer, gegründet zu Ehren der h. Jungfrau Maria. Diese hatte Karl anfangs in Elze im Jahre 796 begonnen, ward aber, ehe sie fertig war, vom Tode überrascht. Sein Sohn Ludwig verlegte dieselbe, nachdem ein löstliches Wunder vorhergegangen, an einen Ort mit Namen Bunnopolis und gab ihr den h. Guntharius zum ersten Bischofe.

Die zehnte ist die Hamburgische, gegründet zu Ehren der h. Jungfrau Maria in der Burg Hammo's, d. h. Jupiters, und gab ihr als ersten Bischof den heiligen Mann Geridan, und als dieser gestorben war, setzte Ludwig den h. Ansgar, einen Mönch aus Corvey, dahin,



annis archiepiscopus ibi praefuit. Haec omnium aquilonarium caput ac metropolis erat, sed anno DCCCXXXVI translata fuit ad Bremensem et ei adunata, ubi etiam sedit idem Anscharius XVIII annis. Et sic facta fuerat ecclesia metropolitana, quae antea erat suffraganea Coloniensis.

### Capitulum IX.

De consummatione et confirmatione Saxonum et adventu sancti Leonis papae in provinciam.

Rore divino sic fecundata Saxonia iam misit radices salutare et per diversos pagos fructum attulit insolitum. Solet namque primitiva gratia liberalis esse et pinguis, fervida et obsequiosa et ad omne opus bonum hilaris. Tempa, monasteria, hospitalia ceteraque pietatis domicilia et alia clenodia antiqua usque in praesens attestantur, quanta fuit in populo noviter converso ad cultum sacrae fidei devotio. Sed et memoria dignum supervenit ei adhuc firmamentum, quod absque dubio divinitus est ita administratum. Nam Karolus ovans et iucundus effectus videns laborem suum non periisse, ut crebro timuerat, sed prosperum et beatum finem sortitum, provinciam coepit plus solito diligere et moram illic trahere, praecipua festa celebrare et per se ipsum iudicia tenere et iustitiam ministrare.

Haec dum feliciter ageret, transierunt anni et anni, in quibus grandia fecit per filios suos apud extraneos, sed ipse in Saxonia perseverabat. Et ecce anno DCCLXXXIX dum esset in Padeborne, nuntium accepit de sancto Leone papa, qualiter a perfidis Romanis oculorum effusione et linguae praescissione inique punitus esset et in carcerem trusus, sed dei clementia sanatus et liberatus. In-



der ihr 16 Jahre als Erzbischof vorstand. Sie war das Haupt und die Metropole aller nördlichen, wurde aber im Jahre 836 nach Bremen verlegt und der dortigen einverleibt, wo Ansgar auch noch 18 Jahre lang Bischof war. Und so war sie eine Metropolitankirche geworden, da sie vorher Suffragankirche der Eölnischen war.

## 9. Kapitel.

### Von der völligen Bekehrung der Sachsen, und von des h. Papstes Leo Ankunft in's Land.

So von himmlischem Thau befruchtet trieb Sachsenland bereits Wurzeln des Heils und brachte in den verschiedenen Gauen ungewohnte Frucht. Es pflegt ja die erste Begnadigung reichlich zu sein und fruchtbar, eifrig und willig und freudig zu jeglichem guten Werke. Kirchen, Klöster, Hospitäler und allerlei Anstalten der Frömmigkeit, auch manche andere alte Kleinodien bezeugen noch jetzt, wie groß bei dem zum heiligen Glauben neubekehrten Volke die Hingebung war. Dazu kam noch eine gar denkwürdige Kräftigung, die ihm ohne Zweifel durch die Gnade Gottes also zu Theil wurde. Karl nemlich, frohlockend und erfreut zu sehen, daß seine Arbeit nicht, wie er gefürchtet hatte, eine vergebliche, sondern zu einem erspriesslichen und glücklichen Ende gediehen war, begann dieses Land mehr wie gewöhnlich zu lieben und sich länger hier aufzuhalten, die Hauptfeste hier zu feiern, auch in eigener Person Gericht zu halten und Recht zu sprechen.

Indeß er dies mit Erfolg betrieb, gingen Jahre über Jahre dahin, während welcher er durch seine Söhne in andern Ländern Großes vollführte, selbst aber in Westfalen verharrete. Und siehe, als er im Jahre 799 in Paderborn war, bekam er eine Botschaft vom heiligen Papste Leo, wie er von den treulosen Römern durch Ausstechen der Augen und Abschneiden der Zunge mißhandelt und in einen Kerker geworfen, aber durch Gottes Gnade wieder geheilt und befreit worden